THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
13. Jh. Seite 50r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26052
Copyright: Admont, Benediktinerstift



abrahe tantum. s. ipsi primi terreniq; hominis simul ha
bebat et uulnus preuaricationis. et medicamentum uulneris.
in eo quod inde sine corpore concupiscendi de uirgine assumptum
est propter mortis sine iniquitate consortium. et sine falsitatis re
surrectionis exemplum. hic forte dicent sic potuit ibi esse
secundum carnem et non decimari. cur non et secundum animam si decimaci
one potuerit quia in corporis semine potest esse uis inuisibilis
que incorporaliter numeros ait non occulis s. intellectu dis
cernenda ab ea corpulentia. que uisu tactuq; sentitur:
Sed quid laborem in re que persuaderi uerbis nemini forsitan potest
nisi tantum ac tale ingenium sit quod possit legentis preuoluere
conatum. nec tamen totum expectare sermonem: breuiter ergo colli
gam si potuit et de anima fieri. quod cum de carne diceremus.
forsitan itaq; intellectum sit. ita est de traduce anima xpi
ut non secum labem preuaricationis abstraxerit. Si autem sine isto
reatu potuit inde esse non est inde de ceterarum animarum ad
uentu utrum ex parentibus ande sup sit uincat qui potuerit.
ego adhuc inter utrosq; ambigo et moueor. aliquando sic.
aliquando sic. Saluo eo dum taxat ut uel corpus esse animam uel aliquam
corpoream qualitatem siue coaptationem. si ita dicenda est quam
greci armoniam uocant. nec quolibet ista garrientem me crediturum
esse confida. adiuuante domino mentem meam moneo sane quantum
ualeo. si quos ista occupauit opinio. ut animas ex parentibus cre
dant propagari. quantum possunt se ipsos considerent. et interim sapiant
corpora non esse animas suas. Nulla enim propior natura est qua possit
deus incorporaliter cogitari. quam ea que ad ipsius imaginem facta est